N. 2917.

CURRENDA XVI.

A. D. 1866.

N. 2746.

Quibus e causis canonicis concurrere licet Parochis pro alio beneficio.

Inter modus ad beneficia ecclesiastica perveniendi, etiam *translatio* censetur, quæ est *transpositio* personæ ecclesiasticæ legitima ab una Ecclesia seu beneficio, ad aliam seu aliud ejusdem vel altioris ordinis.

Translationes ejusmodi e beneficio ad beneficium in *genere* prohibitæ sunt jure merito; nam cura animarum ita est comparata, ut continuum laborem exposcat, atque tempore opus habeat ad conciliandam fiduciam; sine qua munus pastorale cum fructu obiri nullo modo potest: per mutationem pastorum parochiani ad prima quasi elementa retruduntur. Pastor brevi discessurus plerumque nec gregem suum vere amat, nec manum ad aratrum culturæ spiritualis fortiter admovet. Maxime tunc *prohibitæ* sunt *translationes*, quando ex *avaritia* vel *ambitione*, frequentissimis proh dolor! motivis, quæruntur. Hoc malum quum IV. jam sæculo in Ecclesia invaluisset, Concilium Nicænum I. translationes *irritas* declaravit Can. XV. qui sonat ita: „Non oportet Episcopum, vel *reliquos ordines* de civitate ad civitatem migrare; non Episcopus, non Presbyter, non Diaconus transeat. Si quis autem post definitionem sancti et magni Concilii tale quid agere tentaverit et se hujusmodi negotio mancipaverit; hoc factum prorsus in irritum ducatur“ Vid. Can. XIX. Caus. 7 quest. 1.

In transgressores hujus legis gravissimæ pœnæ sunt statutæ in Concilio Nicœno I. Can. XVI. „Si qui vero sine respectu agentes et timorem Dei ante oculos non habentes, neque ecclesiastica statuta custodientes, recesserint ab Ecclesia sua, sive Presbyter, sive Diaconus, vel in quocunque ecclesiastico ordine positi fuerint, hi non debent suscipi in alia ecclesia sed cum omni necessitate cogantur, ut redeant ad Ecclesiam suam. Quodsi permanserint, ex-

communicari eos oportet.“ Eadem sunt innovata in Concilio Antiocheno et Chalcedonensi C. 24. 25. C. 7 — q. 1.

Horum Conciliorum Canones Ecclesia hactenus nunquam non confirmavit; ut patet ex Cap. 2. de *electione* — tunc demum *translationem probans*, quando eam *communis utilitas* non privata, vel *ecclesiæ necessitas* expostulat e. g. si vir insignibus animi dotibus præditus in obscuro delitescat, ut patet e C. 34. C. 7. qu. 1. „Mutationes episcoporum scitote communi utilitate atque necessitate fieri licere, sed non propria cujusquam voluntate aut dominatione“. Hinc translatio facta in favorem solius translati et maxime propter ejus ambitionem aut avaritiam improbatur expresse a sacris Canonibus cit. C. „Mutationes“ 34. C. 7. q. 1. „Sed non propria cujusquam voluntate aut dominatione... non ambitu nec propria voluntate... Alia etenim est causa utilitatis et necessitatis, alia avaritiæ ac præsumptionis aut propriæ voluntatis“ et C. 35. ibidem. „Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem i. e. qui non causa avaritiæ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel suæ delectationis migrat de civitate ad civitatem, sed causa necessitatis aut utilitatis mutatur. Nam plurimorum utilitas unius utilitati aut voluntati præferenda est. Aliud est enim mutare, aliud mutari; nam aliud est sponte transire et aliud est *coacte* aut *necessitate* venire.“

Ita quoque docet s. Liguori C. V. de collatione benef. ubi scribit: „Causæ autem justæ (translationis) communiter a Doctoribus censentur esse, nimirum: *necessitas* vel magna *utilitas* ecclesiæ universalis vel particularis, vel ab alio non supplebilis; vel *necessitas* (non sola utilitas) transferendi, ubi propter infirmitatem vel aëris malitiam, vel quia in una Diœcesi (parochia) ob plebis iniquitatem aut ob aliam causam non potest suum munus exercere.“ (Legeris: Pehem, Porubszky, s. Liguori et Corpus juris Canon.)

Innocentius III. in Cap. „*Nisi cum pridem*“ 1. *sex* assignat, quæ duobus versiculis continentur: „Debilis, ignarus, male conscius, irregularis, quem mala plebs odit, dans scandala cedere possit.“

1.) **Cedat igitur e loco debilis** corpore, quia talis redditur impotens ad exsequendum suum officium. Si quis itaque debilis constitutionis in parochia vasta, montosa, Cooperatore destitutus, officiis suis satisfacere non valet, vel ob aëris malitiam &c. motivum habet canonicum competendi ad beneficium aliud, sibi commodius.

2.) **Ignarus** scientiæ necessariæ ad sui officii exsecutionem. Quodsi e. g. Parochia confessiones diversas christianas aut linguarum variarum complectatur aut ob alias causas fortiores animi dotes expostulet et Parochus sufficientem culturam non possideat.

3.) **Male conscius** nempe criminis, delicti, duntaxat illius, quod post peractam poenitentiam impedit exsecutionem sui officii et quod irroget infamiam ipso jure, ut crimen *hæresis*, *simoniæ* et hujusmodi.

4.) **Irregularis**, ex defectu qualitatum ad officia exercenda aut ex delicto: hæresi, apostasia, schismate, simonia, homicidio injusto et voluntario, mutilatione sui aut aliorum, procuratione abortus — &c.

5.) **Quem mala plebs odit**; est malitia plebis ita moribus et personæ ipsius Curati adversariæ, ut in ea nihil amplius cum ædificatione proficere valeat.

6.) **Dans scandala** gravia, quæ aliter sedari non possunt. Hæ causæ nimirum a 3. usque ad 6. obligant beneficiatum ad resignationem beneficii, nisi vitium remunerandum esse velimus asserere; potest tamen obvenire casus, quo citra voluntatem aut ex improviso beneficiatus in hanc incurrat causam et tunc pro alio beneficio ex eodem titulo concurrere potest.

Has causas pro translatione beneficiatorum esse justas, sequitur quoque ex constitutione S. Pii V. 58 incipientis „Quanta Ecclesiæ §. 3.“ his verbis: „Posthac Episcopi eorum duntaxat renuntiationes recipere et admittere possunt, qui aut senio confecti, aut valetudinarii, aut corpore impediti vel vitiati, aut crimini obnoxii, censurisque ecclesiasticis irretiti aut nequeant, aut non debeant Ecclesiæ vel beneficio inservire. Denique cum quis ex aliis casibus acciderit, qui in constitutione felicis recordationis Innocentii Papæ III. de *dimittendis cathedralibus Ecclesiis* edita continentur, qui etiam ob *capitales inimicitias* nequeunt vel non audent in loco beneficii residere securi.

Ex dictis apparet, has causas justas reduci posse ad duas: *necessitatem* et *utilitatem Ecclesiæ*. Non requiritur tamen necessitas vel utilitas ex parte utriusque ecclesiæ, sed sufficit ex parte unius. Sic communis doctorum quoad *necessitatem*, et quoad *utilitatem* communior opinio ut in Cap. „*Quæsitum*“ in fine ibi legimus: „Ut qui uno loco minus sunt utiles, alibi se valeant utilius exercere. Huc pertinet, si vir insignitus animi dotibus preclaris in obscuro deliteseat, et alibi cum majore fructu et utilitate laborare posset“ ut patet e Cap. 34 C. 7 q. 1.

Hæc Dilecti in Christo Fratres! bene perpendite, quos cupido migrandi e beneficio ad beneficium, invadere solet.. Ob hæc statuimus, ut in posterum Curati translocationem seu promotionem ad aliud beneficium, anhelantes, non audeant competere, si *causas* ad hoc *canonicas* adferre haud valeant; utque si proferre valeant, eas in Petito pro susceptione inter Candidatos, ad *merita sua* adjiciant, quibus palam faciant, concessum Sibi esse ab Ecclesia competere pro novo beneficio vacante. Tarnoviæ d. 4. Aug. 1866.

Monita S. Petri in epistola I. C. 5. ad indefessam, promptamque animarum curam, ad assiduam vigilantiam, et exemplarem obedientiam &c. pro meditatione.

Charissimi, *Seniores*, qui in vobis sunt, obsecro, consenior et testis Christi Passionum: qui et ejus, quæ in futuro *) revelanda est, gloriæ communicator: *pascite*, qui in vobis est, gregem Dei, providentes non *coacte*, sed *spontanee* secundum Deum: neque *turpis lucri* gratia, sed *voluntarie*: neque ut *dominantes* in cleris, sed *forma* facti gregis ex animo. Et cum apparuerit Princeps Pastorum, percipietis *immarcescibilem* gloriæ coronam. Similiter *adolescentes*, *subditi* estote senioribus. Omnes autem invicem *humilitatem* insinuate; quia Deus *superbis resistit*, *humilibus* autem dat *gratiam*. *Humiliamini* igitur sub potenti manu Dei, ut vos *exaltet* in tempore visitationis: omnem *solicitudinem* vestram projicientes in eum; quoniam ipsi cura est de vobis. *Sobrii* estote, et *vigilate*, quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens, quem devoret: cui *resistite* fortes in fide: scientes, eandem passionem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitati **) fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit vos in æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum ***) passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria, et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

N. 2862.

Illustrissmus Eques de Mosch Vice Præsidens Locumtenentialis constituitur pro gerendis negotiis sub tempore absentiæ Excelentissimi Præsidis Paumgartten.

Hoc eruitur e sequenti Rescripto præsidiali Leopoli de 16. Aug. 1866 N. 7326, hujus tenoris:

„Ich trette am heutigen den mir zur Herstellung der Gesundheit bewilligten Urlaub an, und übertrage die Leitung der Statthalterei für die Dauer meiner Abwesenheit dem Herrn k. k. Statthalterei-Vizepräsidenten Ritter von Mosch. Hievon habe ich die Ehre das hochw. Konsistorium in die Kenntniß zu setzen.

---

*) in extremo judicio. **) Alibi christifideles tormenta quoque pati ob fidem. ***) hac in lachrymarum valle.

Zugleich ersuche ich dießfalls den **unterstehenden Klerus** zu **verständigen**"

Hoc pro notitia et precatione fine recuperandæ sanitatis, felicis Regiminis....

Tarnoviæ 18. Aug. 1866

L. 1895.

Wykaz reparacyj i rzeczy sprawionych do Kościoła parafialnego ś. Maryi Magdaleny, do Kościoła ś. Stanisława, miejsca jego urodzenia, tudzież Plebanii w Szczepanowie Dekanatu Wojnickiego od roku 1850 — 1864, staraniem teraźniejszego Plebana JX. Wojciecha Bobka.

(Dokończenie do Kur. XV. r. b.)

C. Reparacya Plebanii.

1. W roku 1853 zreparowano Plebanią t. j. podłożono nowe przyciesie, w ścianach w miejsce zbutwiałych drzew wprawiono nowe, rozebrano starą kuchnię czyli folwark a w rogu Plebanii kuchnię i spiżarnię przybudowano, w połowie dodano nowe krokwie, łaty i nowym gontem pokryto, dano w czterech stancyjach sufity, podłogi, nowe okna, nowe drzwi z okuciem i stancye wymalowano — koszta wynoszące około 1000 złr. poniósł sam Ks. Pleban bez żadnego udziału ze strony Parafian. 2. Zreparowano stary śpiklerz za 80 złr. z dodaniem nowego drzewa, kosztem Ks. Plebana. 3. Wymurowano trzy piwnice i zasklepiono kosztem Ks. Plebana w kwocie 300 złr. 4. Zrobiono nową studnię 20 łokci głęboką i kamieniem ocembrowano kosztem Ks. Plebana, Parafianie tylko kamienie zwieźli. — W roku 1864 wskrzeszono z zapomnienia Bractwo Różańca ś. przez OO. Dominikanów: a.) Bracia Różańcowi sprawili obraz Matki B. Różańcowéj do Ołtarza za 75 złr. b.) zreparowali starą bracką chorągiew z dodaniem 2 nowych obrazów za 30 złr. c.) sprawili 6 sztuk nowych marszałkowskich lasek dla utrzymania porządku podczas processyi. d.) zreparowali starodawny obraz Matki B. Różańcowéj czyli Feretron bardzo pięknéj roboty, na nowo odmalowali i odzłocili za 120 złr. W roku 1865 sprawiono nowy organ do Kościoła ś. Stanisława za 300 złr. z dodatkiem starego — Parafianie dali 200 złr. Ks. Pleban 100 złr. W tymże roku przebudowano wikaryówkę z dodatkiem nowego materyału i dogodne pomieszkanie urządzono za 323 złr. nie rachując części nowego materyału, który dały dwory. Koszta ponieśli Parafianie, reparacyą trudnił się Ks. Pleban. W roku 1866 Ks. Pleban sprawił obraz nowy ś. Maryi Magdaleny do wielkiego Ołtarza za 50 złr. Przerobiono Ołtarz w kaplicy, ukrzyżowanie Pana Jezusa z dodatkiem 2 figur Matki B. Bolesnéj stojącéj pod krzyżem i ś. Jana Ewangielisty na nowo odmalowano i odzłocono za 210 złr. i uzy-

..ano nam Dyplom Ołtarza uprzywilijowanego; składka dobrowolna uczyniła 36 zł̣r. a Ks. Pleban resztę 174 zł̣r. dołożył.

Błogosławieństwo Boga Ojca i Syna Bożego i Ducha ś. niech zstąpi na tak gorliwego Zarządzcę Kościołów obydwóch i na wszystkich wspólników w téj sprawie pobożnéj i niech zawsze będzie z nimi.

Tarnów 24. Maja 1866.

L. 2299.

Wykaz rzeczy w Dekanacie Nowo-Sandeckim w ciągu roku 1865 na ozdobę domu Bożego i ku pożytkowi JXX. Plebanów sprawionych i t. d.

I. Chomranice. a) W. P. Kazimira *Zielińska,* darowała dwie ozdoby do wielkiego ołtarza w wartosci 20 złr. b) Wa P. *Darowska* darowała 12 gwiazd ozdobnych na miejsce bukietów w wartości 11 złr. c) przybyły także dwie ozdoby na ołtarz, sześć bukietów do świec, a dwa na ołtarz w wartości 3 złr. d) Wny P. Apolinary *Zieliński* darował na potrzeby gospodarskie drzewne materyały w wartości 15 złr. e) Parafianie przyczynili się w drodze konkurencyi do uporządkowania koło kościoła i plebanii to ręczną robotą to ciągłą pracą bydlaną w wartości 76 złr. 52 kr. d) J. ks. *Ropski* Pleban sprawił obrus świętalny za 7 złr. 50 kr. e) Tenże sam podjął różne potrzebne uporządkowanie koło plebanii i kościoła i włożył w to 38 złr. 79 kr.

II. Jakóbkowice. a) Sprawiono 4 Obrazy śś. Ewanielistów do kapliczek na Cmentarzu kościelnym za 65 złr. b) Sprawiono kapę nową białą i ornat fioletowy za 41 złr. c) odsrebrzono i odzłocono Monstrancyję za 5 złr. 50 kr. d) obydwa trybularze odświeżono za 5 złr. e) reparowano ornaty i bieliznę za 5 złr. 80 złr. Nato włożono z fundacyi J. W. P. Barona Piotra *Przychockiego* 35 złr. 70 kr. J. ksiądz Gabryelski, Pleban dodał 86 złr. 60 kr. Razem więc 122 złr. 30 kr. a. w.

III. Kamionka wielka. a) Pobito nowem gontem dach na Plebani i poreperowano; b) dano nową podłogę w kuchni. Na to złożyła konkurencyja 180 złr. a. w.

IV. Męcina. a) J. Ks. Michał Miczek, Pleban z Wilamowic, dawniéj tutejszy, darował Ornat biały piękny w wartości 30 złr. b) odnowiono i zreparowano organ za 90 złr. c) pokryto dachem mury otaczające cmentarz kościelny za 40 złr. J. Ks. *Wąsikiewicz* Pleban z swojéj kieszeni 10 złr

V. Mystków. a) w Nawie kościoła dano nową kamienną posadzkę, toż samo w zakrystyi i kaplicy za 80 złr. b) odśrebrzono 6 lichtarzy za 8 złr. 60 kr. c) zreparo-

wano nakrycie chrzcielnicy za 4 złr. d) odnowiono obraz ś. Jana za 2 złr. 30 kr. e) wybito blachą rynnę dębową między kościołem i wieżą za 3 złr. 15 kr. f) sprawiono 3 liny do dzwonów za 12 złr. g) J. W. P. Baronowa *Brunicka* darowała poduszkę na ołtarz za 5 złr. h) do cmentarza sprawiono nowe wrota i poreperowano mury za 8 złr. i ks. Pleban *Sarna* zreparował dach na plebanii, dał drzwi do kuchni, i podłogę nową w jednym pokoju za 15 złr.

VI. Pisarzowa. 0.

VII. Nowy Sącz: J. Ks. *Machaczek*, Proboszcz i t. d. sprawił ornat, kapę, dwie dalmatyki koloru białego za 370 złr., kazał reparować ornaty, kapy; włożył w te reparacyje koło 200 złr. a. w. razem więc wydał ze swego przeszło 500 złr. a. w.

VIII. Tęgoborza. a) W. P. Władysław *Wieloyłowski*, sprawił lampę przed Wielki Ołtarz za 10 złr. b) J. Ks. *Wieczorek*, Pleban sprawił 10 sztuk ręczników za 5, złr. c) Gmina parafialna sprawiła Pana Jezusa i Najś. P. Maryi do szkoły za 4 złr.

IX. Ujanowice. a) Jaś. W. P. Baronowa Paulina *Przychocka* darowała poduszkę na ołtarz za 10 złr., sztukę płótna weby na obrusy za 20 złr. wazonki z kwiatami za 5 złr. b.) Parafianie zreparowali budynek plebański i czeladny, t. j. postawili komin kamienny, piec kuchenny i piekarski, i dali okna do plebanii w wartości 98 złr. J. Ksiądz Pleban dodał 22 złr. a więc z ofiar 35 złr. z konkurencyi 98 złr. z oszczędności Ks. Plebana *Neudecker* 22 złr.; razem: 155 złr. a. w.

X. Wielogłowy. a.) Dom Państwa *Wóycikowskich* z Nowego Sącza, darował dywan na stopnie Ołtarza i obrusy w wartości 31 złr. b.) W. P. Komissarzowa *Gedlowa* darowała pulpit pod Mszał za 2 złr.

XI. Zbyszyce. W. Państwo *Kolatorstwo*, Szujscy, sprawili: a) dwa szklanne pająki b) pobożna parafianka darowała obrus c) W. P. *Zdanowska* darowała 2 bukiety na Cyborium, 10 girlandek na lichtarze d) sprawiono świecznik na wielki tydzień e) dano posadzkę kamienną w presbyterium, f) przekształcono wniejście na chór. g) ławki kościelne i konfesionały poreparowano, h) darowano korale na ozdobę obrazu N. P. Maryi, i) sprawiono dwa wielkie relikwiarze, k) sprawiono chorągiew krupowa, l) oparkaniono cmentarz parafialny. — Nato wydano z konkurencyi 190 złr. z ofiar 110 złr. z oszczędności JKs. Hełpy Plebana 44 złr.; raem: 344 złr. a. w.

W roku 1865 włożono w te różne ozdoby i potrzeby kościołów i budowli w Dekanacie Nowo Sandeckim przeszło 1793 złr. a. w.

Niech gorliwość o ozdobę domów bożych i mieszkań duchownych sprowadzi z Niebios obfite na Dobroczyńców błogosłayieństwo.

Tarnów dnia 21. Czerwca 1866.

N. 2840.

Jntitulatio variarum Personarum aut Officiorum ecclesiasticorum officiosa.

Intercessere inter c. r. Officia publica et quosdam de Clero collisiones et jurgia de titulis, quibus in relationibus officiosis et privatis salutandi sint Curati.

Ut his in futurum occurratur, statuimus et præscribimus, competere Canonicis gremialibus et honorariis, qui pro dignitate sibi concessa, taxas c. r. ærario solvunt, ut salutentur. „Reverendissimus Dominus," (Najprzewielebniejszy) — Decanis actualibus et emeritis nec non Consiliariis titularibus Consistorii competere titulum: „Perillustr. aut Plurimum Reverendus," (Przewielebny;) officiose vero: „Perillustr. aut Plurimum Reverendum Officium Decanale," (Przewielebny Urząd Dekanalny) — Parochis: „Admodum Reverendus," (Wielebny;) Officio vero parochiali: „Venerabili aut Venerando Officio Parochiali"—Cooperatoribus autem: „Reverendus." &c. &c.

Ultra hos terminos nemo præsumat sibi quid ultra arrogare.

Tarnoviæ die 20. Aug. 1866.

2772 et 2838.

Piis ad aram suffragiis commendatur:

1.) Anima R. Dominici Wagner, pensionati Cooperatoris, Mühlhausi in Bohœmia 16. Jul. a. c. demortui.. et

2.) Anima A. R. Adalberti Blaszyński, Curati Sidzinen. 11. Aug. in Chochołów, ubi fabricæ Ecclesiæ amplissimæ a se fundatæ invigilabat, trabe e turri delapsa, ante consummationem operis gloriosissimi, ex singulari Dei permissione, trucidati, præconis et Confessarii indefessi.. fama perfectionis majoris adeoq. et æstimatione ac fiducia..inter populares gaudentis... varias aerumnas perpessi.,. a millenis ululantium deplorati..

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 22. Aug. 1866.

Josephus Alojsius,

Episcopus Tarnoviensis.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviæ & Premisliæ. Typis Anastasii Rusinowski, 1866.

Impensis Illustrissimi ac Reverendissimi Consistorii.